



Universitätsbibliothek Paderborn

Venerabilis Patris Thomæ à Jesu ... Opera Omnia

Homini Religioso Et Apostolico Tam Qvo Ad Vitæ Activæ, Qvam
Contemplativæ functiones utilissima, Duobus Tomis Comprehensa. In
Qvibvs Singvlari Pietate, Varia Ervditione Clariori Et Breviori Stylo
Continentvr Et Explicantvr ...

Tomás <de Jesus>

Coloniæ Agrippinæ, 1684

Dubitatio III. Quomodo procedendum sit in via purgativa activa?

urn:nbn:de:hbz:466:1-38621

ritu etiā humano dantur tres portiones superior que est intelligentia & apex voluntatis, media que est ratio & voluntas, infima que est pars sensitiva, tam cognitiva, quam appetitiva; quibus aliquiter correspondunt pte supradicta, nam incipientes magis exercerent partem infimam, proficiens partem medianam, perfecti partem supremam: priusque purgatur, illuminatur & perficitur suo modo pars inferior quam media. & hec quam suprema: & purgatio magis consistit in parte infima, illuminatio in media, perfectio in suprema. Et quo major fuerit purgatio, major erit illuminatio, & quo major illuminatio major erit perfectio.

Hec omnia possunt colligi ex docum. 21. & de tribus portionibus anima infima, media, & suprema egimus in cathena col. 1. prop. 1. R. 3. Nam de parte superiori & inferiori anima, quatenus superior includit intellectum & voluntatem, inferior vero sensus & appetitus sensitivos, magis appareat distinctio secundum illud A post. caro concupiscit adversus spiritum, spiritus adversus carnem. De ratione vero superiori & inferiori in parte intellectiva quatenus attendit aeternis vel temporalibus agit D. Thom. 1. p. q. 79. ar. 9. & 2. 2. q. 74. ar. 9. unde remanet distinctio in tres illas portiones, quarum suprema in intellectu dicitur intelligentia & mens, & in voluntate apex mentis: media dicitur ratio sive calum medium: & in voluntate quatenus sequitur rationem calum affectionum medium: infima vero pars tenetiva.

Quod autem incipientes magis exercerent partem infimam, ideo est quia in illis sunt appetitus minus mortificati, quibus convenient semper resistere, magisque alluent sunt apprehensionibus imaginariis: proficiens vero magis exercerent partem medianam seu rationalem per exercitia virtutum, quibus prudentia prescribit medium, & per considerationem discursivam: perfecti vero partem supremam intelligentiae per contemplationes perfectas, & per actus analogicos perfectiores voluntatis.

Item quod prius debeat purgari pars inferior, & hoc ideo, quia ordinarie loquendo non pervenitur ad finem nisi per media, quod non oblitus quominus aliquando Deus miraculose statim animas aliquorum sanctorum ad perfectionem exseruit. Denique sicut ad perfectionem requiriatur illuminatio, & ad illuminationem purgatio, ita ad majorem, major: quia sicut se habet simpliciter ad simpliciter, ita magis ad magis. Unde ex magnitudine purgationis passiva, colligimus perfectionem magnam, ad quam Deus vult animam aliquam elevare.

Resolutio 15.

Motus anime in DEI M comparatur motui recto, obliquo, & circulari: quorum motus rectus magis convenient incipientibus, qui sunt in via purgativa; motus obliquus proficientibus qui sunt in illuminativa; motus circularis perfectiori qui sunt in unitiva.

Hoc colligitur ex docum. 60. & expositione D. Thom. quia ibi adducitur. Unde mystici appellant motum rectum illum quo anima ex cognitione creaturarum elevatur in Deum, & in gloriam: ita in quaeste-

ideo enim dicitur rectus, quia recte procedit anima & juxta propriam naturam, quando ex creaturis inquitur Creatorem: in quo quidem motu exercetur medicatio imaginalia propria incipientium, ut late explicat N. Joseph. à JESU M. in Ascens. p. 1. c. 1. 2. & 3.

Motus vero obliquus licet à D. Thom videtur applicari discursui rationis: ab aliquibus applicatur motui illi quem censetur facere *qui anima dum à contemplatione generali Dei dividitur ad objecta particularia & distincta, sive sit ex industria propria ut magis accendatur, sive ex aliqua visione supernaturali: unde magis pertinet iste motus proficientibus in via illuminativa, qua est contemplationis ordinaria, & in qua via & statu contemplationis solent visiones frequentiores esse. De quo videatur idem Author. cap. 13.*

Motus denique circularis est cum anima intrat se ipsam & ibi in solo Deo contemplando detinetur, de quo idem A. cap. 18. *Quis motus circulatus anima* De quibus *circulatum motibus potest videri P. Philippus à Tritu. in sum. Theol. myst. p. 2. tr. 1. d. 2. art. 5. & quoniam ille ponat illas tres differentias in sola contemplatione, & tribuat motum rectum contemplationi per ascensum, non ideo pugnat cum dictis à P. Josepho à JESU MARIA ubi supra, qui motum istum tribuit meditationi, utrumque enim potest complecti meditationem, & primam illam contemplationem per ascensum ex creaturis, quia ista contemplatio semper supponit meditationem, & illa meditatione sibi terminatur in contemplatione, quod quoniam hoc docet idem A. c. 6.*

Resolutio 16.

Purgatio perfecta debet esse totalis tam in parte cognitiva ab ignorantia & imperfectionib[us] cognoscendi, quam in parte affectiva per moderationem & subjectionem concupiscentia. Similiter illuminatio per puritatem mentis, & virtutum adeptorum. Item etiam perfectio per perfectissimam contemplationem & unitorem.

Hoc colligitur ex docum. 10. ut ibi videre est in expposito Hugonis. Unde cum ista totalis perfectio rarissime possit inveniri sine purgatione, illuminatione, & perfectione passiva & infusa: Ne unum cum altero confundamus, prius agemus de purgatione, illuminatione, & perfectione activa tam in parte cognitiva, quam in affectiva, & postea de eisdem passiva tumpis.

DVBITATIO III.

Quomodo procedendum sit in via purgativa activa.

Quoniam possit Deus, & aliquando soleat introducere animas in viam purgativam, quin expectet exercitia purgationis activa, cum tamen hæc frequentius præcedat, prius de illa quam de passiva agendum est. Et licet purgatio partis cognitiva comitetur purgationem partis affectiva à qua juvatur, quia tamen cognitione naturaliter præcedit appetitum, in prioribus Resolutionibus de purgatione

tione activa partis cognoscitiva, & in posterioribus de purg. partis affectiva tractabimus.

Resolutio 17.

Purgatio mentis necessaria est ad recipiendas illuminationes divinas, sicut radius solis plenius percipitur in vitro mundo quam in crastoribus & opacioribus materiis.

Hoc explicatur in docum. 23. addita expositione Hugonis. Mens igitur quo ad partem cognoscitivam mundanis & terrestribus imaginibus debet evacuari, removendo eas à memoria, & illis obserando ianuas sensus, ut sic bonis & sanctis cogitationibus sit pervia.

Resolutio 18.

Inter primas meditationes, quibus humana mens purgari debet, valde proficia est, & veluti fundimentum ceterarum, cognitionis propriæ sui, nempe sua misericordia, & cætitas, sui principii, & sui exitus, atque novissimorum, demque virtutis in qua magis propenderet, tentationes quibus magis succumbit &c.

Hoc colligitur ex documento 26. ut ibi exponitur à Pachymera: haec enim meditationes incipientibus inserviunt tum ad penitentiam peccatorum ciendam, tum ad mundanæ despiciendam, tum ad despectum & humiliationem sui ipsius, in quibus fundamentis vita spirituallis securius erigitur.

Resolutio 19.

Christus cum sit bonus DEUS, lumen est quo ad Patrem diriguntur, & per eum incarnationem deitas manifestatur, et que omnium virtutum exemplar, unde illius meditatio prestantissima est ad mentem tenebris atque virtutis purgandam.

Hoc colligitur tum ex documento 1. tum ex doc. 79 & 80. quia ut docet D. Thom. 2. 2. q. 82. art. 3. ad 2. licet ea quæ sunt divinitatis, sint secundum se maxime excitativa dilectionis, & devotionis, cum DEUS sit supra omnia diligendus: sed ex debilitate mentis humanae est, quod sicut indiget manutentione ad cognitionem divinorum; ita ad dilectionem per aliquam sensibilitatem nobis nota: inter quæ præcipuum est humanitas Christi: & ideo quæ pertinent ad illam, per modum cuiusdam manutentionis devotionem maxime excitant, cum tamen devotio principaliter circa ea quæ sunt divinitatis consistat.

Resolutio 20.

Meditatio discursiva & imaginaria est velut primus gradus scæle spiritualis, ut inde transseamus ad contemplationem: nec tamen detineri multum debemus in ea, sed statim transire ad ponderationem quietam; & inde quando Magistris visionem fuerit transire ad actum simplicem, ut meditatione discursus proprii facilis a DEO moreatur.

Hoc manent adnotata ad documentum 51. & ne in explicando transitu isto à meditatione

ad ponderationem quietam, & ad contemplationem nimium detineamur, potest de hoc visideri quæ tradit N. Joseph à JESU MARIA in 1. p. Ascens. lib. 1. à cap. 4.

Resolutio 21.

Non debet quis transfere ad contemplationem nisi prius exerceatur in meditationibus: quanto vero tempore in his debeat immorari, non potest generaliter prescribi.

Hoc colligitur ex documento 21. ut ibi adnoratum quia esset transfere ad ex: remū fine medio, seu exercere partem supremam omilio exercitio partis mediae: & quia ut supra diximus, meditatione est primus gradus scæle spiritualis. Quando autem sit anima jam disposita ut a statu meditationis transeat ad statum contemplationis, diximus in catena prop. 5. Resol. 10.

Resolutio 22.

Purgatio partis affectiva quinque veluti partibus constare videtur, scilicet, revocatione, reformatione, collocatione, firmitate, & profectio.

Sic habetur in docum. 46. juxta expos. D. Thomæ, quod possumus ita applicare, ut re-vocatione corresponeat purgatio a culpa per paenitentiam; reformatione purgatio effectus ab illicitis etiam non gravibus; collocatione purgatio ab habitibus, & inclinationibus ad temporalia etiam licita; firmitate purgatio ab infirmitate & fragilitate per habitum mortificationis; Profectio purgatio a frigiditate & rapiditate per fervorem, & validum mortificationis exercitum. Quia huiusmodi ex sequentibus resolutionibus aliquo modo colligentur.

Resolutio 23.

Dum homo est in statu peccati mortalis, non potest operari opera charitatis, unde necesse est purgari a culpa, & revocari ad DEVUM per charitatem, & observationem mandatorum eius.

Hoc colligitur ex docum. 25. explicato à Pachymera: & ratio est, quia dum homo spiritualiter mortuus est non potest moveri per operationes vitales charitatis, que tunc operatur in nobis, cum mandata divina exercemus, saltem quo ad ea quæ materiam gravem important. Qui enim diligit me, mandata mea servabit &c.

Resolutio 24.

Non illico post penitentiam & purgationem a culpa manet homo omnino purus, remanet enim adhuc purganda pena temporalis, & illa maior inclinatio & affectio ad bona temporalia, in quibus ante aetate detinebatur: que ita purganda est, ut non soluit ab amore illorum, que a DEO possint separare omnino; sed etiam ab illis, quæ eum amorem per cupiditatem venalem possunt infrigidere, corvideatur.

Hoc colligitur ex documento 29. ut ibi videatur est.

Resolu-

Resolutio 25.

DVBITATIO IV.

Nec sufficit purgatio ab illicitis affectionibus etiam levibus & venalibus, sed etiam à liciti & non necessariis.

Colligitur ex docum. 30. ubi etiam ab extremis, seu à minimis animæ apprehensionibus, & affectionibus dicit expiando nos esse. Cum enim hæc purificatio proxime disponat ad contemplationem, & per illam ad unionem Dei, nec anima potest clarescere contemplationis radiis dum mundanis & terrenis apprehensionibus sordescit, nec volare ad unionem Dei, dum minimis etiam affectionibus detinetur, ut enim dicit V.P.N. Joannes à Cruce, ut avicula non possit volare tantum fere impedit detinere filo tenui, quam fune grossiori.

Resolutio 26.

Nec debemus contenti esse cum sola purgatione affectionum actualium, sed etiam habituum earum, ut firmi & immobiles simus ad malum.

Colligitur ex docum. 10. ubi S.D. petit omnimodam & totalem purgationem, in qua non solum actus, sed habitus vitiis excluduntur. Potest etiam colligi ex docum. 50. ubi passibilis vocatur mens per unionem ad corpus passibile, & materialis ex affectu ad res materiales: jam enim habitus vicioli si non mutatos, mutabiles & facile mobiles constituit animos; & inclinatio habitualis ad res materiales, materialem, & variabilem constituit mentem, quod quantum oblitus contemplacioni, & unioni divinae quæ debet esse firma & stabilis, per se liquet.

Resolutio 27.

Progressus etiam in purgatione per frequentes & quasi continuas mortificationes ad faciliendum, sic enim mens magis purificatur, magis in purificatione firmatur, nec vigescit a passionibus, que non indulgendo, sed continue reprimendo pacificantur, & ratione subduntur.

Colligitur ex docum. 72. & expositione D. Thom, ubi agitur de pace quam quis optardum passionibus indulget, cum tamen ea non acquiratur nisi passionibus inordinatis resistendo: quia vero passiones non possunt tolli ab appetitu, sicut tollitur vitium per virtutem contraria, debemus ita illas regere, ut quæ erant instrumenta vitiæ, sint instrumenta virtutis, ut amor & desiderium & gaudium sint solius virtutis & veri boni; odium, & fuga, & tristitia sint de peccatis: spes in Deo solo, desperatio in virtibus propriis, audacia ad difficilia perfectionis, timor fragilitatis propria, & in quotidianos defecitus. Modus autem servandus in mortificatione passionum erit. Primo resistere illis per affectus contrarios bona voluntatis. Secundo numquam opere exequi quæ passiones suggerunt contra rationem. Tertio confiteri coram Domino eorum excelsum. Quarto emendationem cupere. Quinto proponere eam sacerdoti.

- 805 -

De via purgativa passiva.

Cum in via purgativa activa per laborem & industriam propriam, ferè nunquam purgatio omnimoda consequatur: solet Deus misericorditer purgare animam, quæ ad perfectam contemplationem elevanda est: primo in parte sensibili. Deinde postquam anima jam aliquandiu contemplationis deliciis portata est, si ad unionem divinam ascendere debet iterum aliam ingreditur purgationem terribiliorern in parte rationali & spirituali quam V. P. B.P.N. Ioe N. Joannes à Cruce vocat noctem obscuram annes à spirituale: & cum etiam ista, quas D. Bo. Cruce, naven, purgationes aquæ, fave lachrymarum appellat, non sufficiant ad tantam puritatem, alias patitur, quæ ipse vocat igneas, seu impulsus amoris, de quibus omnibus egimus in catena. Propos. 14. 15. 16. & 17.

Resolutio 28.

Purgatio sensibilis exercetur in primis per subtrahendem corporis consolationis spiritualis, deinde via sensibilis ruris laboribus interioribus, & exterioribus. De qui quomodo bus præter dicta in catena ubi supra, aliquid exercetigimus hic in 1.p. q. 8. proem. ubi possunt viri tur.

Resolutio 29.

Post purgationem passivam partis sensitiva, & post delicias recollectionum, & etiam contemplationis, anima que elevanda est ad unionem divinam (maxime si non sit ex numero illarum, quæ semper pure & innocentier vivent) patitur purgationem illam horribilem spiritu, que per multos annos solet durare, magis tamen aut minus, & etiam magis aut minus rigorose, secundam quod ad maiorem aut minorē perfectionem & unionem evolvenda est.

De hac purgatione egimus in catena ubi superius aliquidque tetigimus hic in 1. p. dict. q. 8. proem.

Resolutio 30.

Aliqui dicunt præter ipsam purgationem passivam spiritualis, dari aliam similem, sed diuini quandojam anima approximat divinæ unioni. De qua, cū fierè simili alteri, sufficiunt dicta in eadem quest. 8. & etiam in catena prop. 16. Resp. 7. cum P. Josepho à JESU MARIA 2. p. introitio lib. 1. cap. 26. & 27.

Resolutio 31.

Influenzia divina, quæ est veluti instrumentum huius purgationis passiva finali purificat, illuminat, & perficit, dum enim caro vulnera spiritualia, capaces reddit animas divini luminis, & amoris.

Hoc colligitur mysticis ex predicto docim. 18. explicato ab Hugone, ut ibi dicitur.
De purgationibus igneis, seu impulsibus amoris hic non loquitur, quia non plene colliguntur ex documentis Dionysii, nisi forte ex document. 14. de gradibus amoris, de quibus loquuntur in via unitiva passiva. Possunt tamen videri